



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Ecclesiae consecratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- nonici Cathedralis. *ead. 19. Maij 1607.*
 7 Prior collegiatae, si interest in Cathedrali, incensatur duplice ductu thuribuli, ut Canonici cathedrales, *eadem 19. Aug. 1619.*
 8 Ecclesiae Regularium non sint collegiatae in odiosis. *Roderic. de quæst. regul. tom. 1. q. 43. art. 12.*
 9 Sunt autem propria conuentuales. Innocent. IV. in Bulla eiusdem 7. Bullarij, & in Clem. I. de celebrat. Missæ. ex Conc. Viennen. *Vide Cherub. in comp. Bull. loco eis. schol. 1.*

Ecclesiae Consecratio.

- 1 Non potest consecrari, nisi ab Episcopo proprio, vel alieno de licentia proprij. Barbos. *alleg. 27. num. 1.*
 2 Neque ab Abbatibus eorum propria Ecclesia. Tambur. *de iure Abb. tom. 1. disp. 23. qu. 7.*
 3 Neque ea debet consecrari, quæ sine dote est. Barbos. *loco cit. num. 3. alias tenetur Episcopus dotare. Viuian. de iure patr. p. 1. lib. 2. cap. 3. num. 16.*
 4 De novo reparata in totum, vt dicatur alia, rursus est consecranda. Barbos. *ibid. num. 13.*
 5 Reparata per partes non amittit consecrationem. Azor. *p. 2. lib. 10. c. 26. quæst. 11.*
 6 Pridie consecrationis populus ieiunet, & ipso die festū colat sine opere. Prou. 4.
 7 Ob impedimenta potest fieri sine circumventionibus extra eam. Congreg. Rit. 17. Iulij 1604.
 8 Non debet fieri sine Missa. Barbos. *loco cit. num. 10.*
 9 Consecrator in actu consecrationis potest statuere alium diem pro annivers. celebritate. Congreg. Rit. 19. Febr. 1585.
 10 Extra actum vero non potest mutari ab Episc. *ead. 16. Octob. 1604.*
 11 Si concurrent plures Episcopi cum Archiepiscopo ad consecrationem, non possunt concedere plus, quam vnum Episcopus, scilicet vnum annum Indulgentiæ. Henriq. de *Indulg. cap. 32. §. 1.*
 12 Pro consecratione Ecclesiae potest Episcopus recipere procurationem. Genuſ. *in Man. Pajor. cap. 35. num. 12.*
 13 Nihil noui ædificij fiat in Ecclesia consecrata, inconsulto Episcopo. Prouinc. 3.
- 14 Anniversaria consecrationis Ecclesiae dies solemniter agatur: si dies ignoratur, certus statuatur. *ibid.*
 15 Incidatur in lapide consecrationis memoria. Prou. 4.
 16 Vtis testis sufficit ad probandam consecrationem. Barbos. *loco cit. num. 5.*
 17 Liber conficiatur, in quo Ecclesiarum consecrationes, & benedictiones scribantur, & in Archivio Episcopali reposantur. Prou. 4.
 18 Dedicatio Ecclesiae Cathedralis habet officium in tota Diœcesi, & Octauam in Ciuitate tanquam. Cong. Rit. 2. Maij 1619.
 19 Si Parochialis est festum, manè saltem abstineant vicini ab officiis: si Collegiatæ, ab eiusdem clero fiat officium. Prou. 3.
 20 Si occurrant duo festa Dedicationum, Cathedralis, & Ecclesiae propriæ, in hac fiat de propria. Rota Rom. *deciso. 616. par. 1. in recentioribus.*
V. Altare num. 1. Benedictio. numer. 2. Indulgencia. num. 11. 12. 15.

ADDITIONE.

- 1 Si de consecratione dubitatur, ob vetustatem & abolitionem monumentorum, potest consecrari. *Falc. 1. apud Cas. conum anno 275. pag. 74.*
 2 Si incepta consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & præfertim antequam vngantur Cruces, resumenda est à capite consecratio, *Congreg. Rit. 12. Apr. 1614.*

Ecclesiae reconciliatio.

- 1 POLLUITUR Ecclesia effusione sanguinis, & seminis peccaminosa, & notoria. DD. communiter.
 2 Item ob sepultum ibidem excommunicatum, hoc est, notarium clerici per custodem, vel denunciatum, nisi signa paenitentia dederit, est communis.
 3 Item ob sepultum infidelem, vel hereticum. Azor. *par. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1.*
 4 Non autem, si sepeliatur ibi catechumenus. *Vgl. de pot. Episc. cap. 29. §. 5.*
 5 Ecclesia consecrata non potest reconciliari, nisi per Episcop. Azor. *loco cit. quæst. 5.*

6. Ne-